

genitus ex patre productus est, & quod p ipm filius sit manifestatus. Spm a filio distin- **D**
 guit, ita & Nazanzenus tum manifestationis, tum relationis ad inuicem diuersitate, di-
 stinctionem eorum ponit. Quod ille dixit, non vt vnigenitum esse productum, hic ma-
 nifestationis diuersitatem, hoc est, diuersum subsistentia modum. Quod vero Nisse-
 nus p filium (ait) manifestari, Nazanzenus diuersitatem relationis ad inuicem nominat.
 Relationem vero ad inuicem filij & sps sancti (nescio) an aliam quisq̄ reperiat præter
 eam, quæ secundum causam, & causatum sit, secundum quam, filius qdem ad spiritum,
 vt causa se habeat. Spiritus vero econuerso ad filium vt causatum ad causam, & ideo di-
 uerfifimode. Aut ostendat mihi quispiam aliam inter filium & spiritum sanctum relatio-
 nem, secundum quam alter ad alterum referatur. Sed profecto nunquã reperiet. Etenim
 si quis nobis illam opponet, quod spiritus dicatur spiritus filij, primo quidem ista rela-
 tio & secundum ipm Nisenum Gregorium, & alios omnes doctores non cõuertitur.
 Nec enim filius dicitur etiam spiritus, nec huic ad filium spiritus relationi, aliqua alia fi-
 lij ad spm correspondet relatio, nec eadem, neq; diuersa secundum actionem & passio-
 nem. Deinde quod dicatur filij spiritus, nihil aliud significat, nisi quod p filium manife-
 status sit, secundum magnum Basilium, siue quod p filium procedat secundum Maxi-
 mum, siue quod ex filio procedat secundum Occidentales doctores. Hæc em̄ quatuor
 (vt probatum est) æquivalent, videlicet filij spm dici, p filium manifestari, p filium pro-
 cedi, & ex filio procedi. Hæc autẽ relationem ad inuicem causæ & causati significant. **E**
 Quam Nazanzenus Gregorius auctacter asseuerat, & diuinitatis psonæ filij, & sps
 distinctionem esse & causam, vt diuersa nomina habeat, & vnus filius, alter sps dicatur.
 Hæc autem & ipsa ratio attestatur: Diuina em̄ & sancta trinitas non magis vnum quàm
 tria est, illud essentia, hoc personis siue proprietatibus, vniuntur etenim vnã cum distin-
 ctione, & distinguuntur vnã cum vnitate, vt beatus Dionysius ait: Et quia in quibus-
 cunq; pluribus, in quibus est aliquod commune, est etiam aliquod distinctiuum, in hac
 etiam diuinarum personarum trinitate, quæ sibi in vnitae essentia conueniunt, quæ
 rendum est illud, quod eas distinguit, & cum id non sit essentia (in hac enim summe con-
 ueniunt) in diuinis autem præter essentiam, & relationes, atq; diuersum processuum mo-
 dum, quem Latini originem nominant, nil aliud intelligere sit, relinquatur, vt vel origo,
 vel relatio, vel vtrunq; diuinas personas distinguat. Cum vero relatio, & origo & si se-
 cundum modum intelligendi differunt, siquidem origo significatur per modum actus,
 vt generatio, relatio vero per modum formæ, vt paternitas, re tamen non differunt, ideo
 vtroq; quidem modo distinguuntur diuinæ personæ, prius tamen & principaliter se-
 cundum modum intelligendi per relationes, per quas etiam constituuntur diuinæ per-
 sonæ, consequenter autem per diuersum processuum modum, siue per originem. Non
 enim generare & genitum esse, quod originis est, constituit principaliter personam, sed
 paternitas & filiatio, siue patrem & filium esse, quod relationis est. Sed quia relatio &
 origo idem sunt re, & relatio consequitur originem, ideo vtroq; quidem modo distin- **F**
 guuntur diuinæ personæ, sed principalis relatione siue proprietatibus. Quare non im-
 merito theologo & doctores nostri filium a spiritu distinguunt, dupli eos distinguunt,
 ab imperfectioni modo ad perfectiorem procedentes distinctionem, quæ p diuersum
 processuum modum sit, diuersum manifestationis modum nominantes, illam vero, quæ sit
 p relationes, Nisenus quidẽ Gregorius p filium manifestari, Nazanzenus vero diuersita-
 tem relationũ ad inuicem appellans. Patet ergo, quod hæc relationũ diuersitas relationis
 distinctio est, & relatiue filius ad spiritum, & ad filium spiritus referatur. Et cum filius,
 prout filius, non referatur ad spiritum (non em̄ dicit filius spiritus) restat, vt referatur ad
 spm tanq̄ spiras, cū sps etiam referatur ad filium tanq̄ sps, sps em̄ spiranti, & passiuæ
 spiratio actiue spirationi correspondet. Spus vero & sps filij multis in locis sacræ scri-
 pturæ dicitur, & spiratio eius. Hic em̄ sps, sacer Athanasius ait: Spiratio est filij. Cū igitur ad
 filium sps, & tanq̄ spiratio, & tanq̄ sps referatur. Filius quoq; tanq̄ spirans referet ad
 spiritum. At cum longum sit oēs allegare doctores, q per filium ex patre spiritum spirari
 dixerunt, sufficit vnum & vltimũ in medium adducere, & quidam de hac ille sentiat
 cõsiderare. Iohãnes igitur Damascenus de patre loquens, ipse qdem est (ait) intellectus ver-
 bi abyssus, verbi genitor, & per verbum manifestatiui sps spirator. Et rursus: Spus ve-
 ro sanctus, manifestatiua occulke diuinitatis potentia p̄s, ex p̄e p filium procedens est.

Certe